



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

XVI. Iacob. Sadolet. Cardinalis Hieronymo Vidæ Albæ Episcopo, S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

den. Sed si quid hic boni erit, in eo inerit, si & Reip. & amicis ego
viri potero & ornamento esse. In quo dabo vrique operam, vt
que dediti in otio, in negotiis expromam. Potestas modò detur
agendi aliquid, quod sit viro dignum, meam constantiam & stu-
dium non desiderabis. Ego tue gratulationi ago gratias: maxi-
meque opto, vt eadem qua fuisti erga me voluntate, semper sis:
de neque ita confituar neminem te habere, in amore tui supe-
riorem me, paucos pares. Vale. Romæ.

XV.

IAC. SADOL. S. R. E. CARDINA-
lis Lilio Greg. Gyraldo, S. P. D.

GRATA mihi tuae literæ, testes tui perpetui erga me amoris,
qui semper mihi iucundus accidit. In quibus quoddam honori
meo gratularis, agnosco eandem benevolentiam tuam: & in eo
etiam magis, quoddam me existimas alicui vsui fore Christianæ Reip.
quod riam ita eueniat. Non enim tum me beatiorum vitam
amisse existimabo, quæ mihi in otio & tranquillitate posita
erat: si aliqua via operis & negotij, eandem beatitudinem pote-
ro consequi. Non enim minus ad felicitatem labore honesto,
quam quiete animi peruenitur. Cuius facultatis si dedit mihi
Deus occasionem, non committam, vt frustra quisquam meam
operam, & officium boni viri videatur requisuisse. Te cupio va-
lere, & me a te diligere etiam opto, sicut ego quidem te diligo:
quod te tibi declarabo, si acciderit, vt aliquando possim. Vale.
ex Vrbe

XVI.

IACOB. SADOLET. CARDINALIS
Hieronymo Vides Alba Episcopo, S. P. D.

GRATISSIMA mihi fuerunt literæ tuæ: quæ & veteris no-
stræ amicitie memoriam mihi renouarunt & declararunt,
in te non parum adhuc amoris erga me ipsum residere: quo mi-
hi nihil operatius, neque iucundius accidere potuit. Nam cum te
semper ingenij & virtutis tuæ causa plurimum dilexi: tum verò
operam vicissim diligere a te. Id rectè existimans, coniunctionem
tecum meam mihi magno honori semper fore: quoddam tuum de
quoque homine iudicium in vtranque partem magnam vim ha-
beret, neque solùm in præsentia honorificum existeret, sed illu-
cesceret in omnem etiam posteritatem. Quanquam hæc quæ no-
tissima sunt, nouæ commemoratione mea non indigent. Venio
autem ad gratulationem tuam, quæ mihi magis propter animam

tuum propensum & beneuolum erga me, quam prope ipsam, de qua gratularis iucunda exitit. Gaudeo enim a te viro honorem meum comprobati: ipso autem honore non potere delector. Qui est magnus, & expectendus omnibus: mihi tamen boni multo plus abstulit, quam dedit. Alia enim otium, quietem, libertatem. Alia quaedam reddidit, nequaquam cum illa felicitate prioris vitae, meo quidem ingenio comparanda. Sed quoniam oppressi subito optime beneficio, spatij ad consulendum ac deliberandum nihil habemus: pareamus sanè Deo, qui nos huic subiectos oneratus. Illud tamen curemus, in eoque elaboremus, ut quousque nostra ferre poterant, hæc nostra dignitatis accessio, Christiana Reipub. & huic sanctæ Apostolicæ sedi posse esse utilis. Quoniam conabimur quidem certe. Quantum autem præstare efficiamus, id iam ad Deum ipsum referendum totum est: quousque ciat nos idoneos ministros suæ voluntatis. Sed de his tibi te doctissime Vida & amantissimus, ut paulò ante dicitur, tuo præstantissimo ingenio, eximiaque doctrina plurimum hui. In qua etiam nunc & opinione eadem sum, & voluntas. Siquis hoc de me esse persuasum volo, si quem mihi aliquid locum tibi gratificandi dederis, magno me abs te affectum beneficio esse arbitratum. Tu ut valeas, & me ut diligas, magno te a te peto. III. Februarij, Romæ.

XVII.

IAC. SADOLETUS CARDINALI
Germano Brixio S. P. D.

SEMPER hoc ferè euenit in tuas literas, mi humanissime, ut, ut longo intervallo postquam à te datæ sunt, ad me perferantur. Velut has, quas recens acceptas, plenissimas gratias, humanitatis, officij, summa cum voluptate perlegi. Scis enim à te XIII. Calend. Februarij, octauo Idus Martiarum sunt reddita. Credo, ut quò suauiores mihi & iucundiores hoc me diuturniore expectatione torqueant. Sed nihil agitur: cum enim tuas literas non habeo, neque lego, tuam memoria cogitationeque delector: que ita mihi inhaerens in medullis, ut auelli non possit. Neque verò ego fructum vera amicitia, qualis profecto nostra est, esse viderem, si non putro, quam habere amicos animo suo praesentes, quos locum longinquitas ab oculis distrahit. Hoc ego in te cum faciam, tunc ac per diligentem, quod te idem in me facere arbitror: quousque que videor mihi consequi, ut neque crucier tuarum literarum studio: & cum eas accipio, vehementissimè gaudeam.